Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

# Joannis Ulrici L.B. De Cramer, Cameræ Imperialis Assessoris, Observationum Juris Universi Ex Praxi Recentiori Supremorum Imperii Tribunalium Haustarum

Adeoque Non Solum Iis, Qui In Eadem Consulendo, Advocando, Procurando, Vel Judicando, Sed Et Aliis, Qui in Praxi Judiciorum Germaniæ Inferiorum Versantur, Imo Et Doctoribus Ac Professoribus, Qui In Academiis Jurisprudentiæ Universæ Pragmaticæ Excolendæ Et Tradendæ Operam Navant, Perutilium

**Cramer, Johann Ulrich von**

**Darmstadii, MDCCLXC**

Index Observationum.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-11420**

Visual Library

# INDEX OBSERVATIONUM.


*Obſ.* *Pag.*

573. De Advocatia Majeſtatica. 1
574. Reviſio contra Paritoriam ad Mandatum de exequendo deneganda, Sententiæque denegatoriæ Taxatoria ſtatim annectenda eſt. 5
575. Reviſio contra Paritoriam ad Mandatum attentatorum revocatorium deneganda eſt, 6
576. Petita eventualiter ſaltem Reſtitutio J. J. eum effectum ſuſpenſivum habet, ut ulterius progredi non liceat, quam rejecta fuerit. 6
577. De Differentia inter Jus Diœceſanum, Jurisdictionem Eccleſiaſticam & Jus reformandi. 7
578. In decidendis Cauſis feudalibus potius ad Conſuetudines Curiæ feudalis quam loci rei ſitæ reſpiciendum eſt. 13
579. Ob neglectam intra terminum a judice præfixum Actorum redemtionem, abſolutio a Citatione decernenda eſt, etſi poſtea Acta producta fuerint. 15
580. Exceptio a jure agendi contra Tertios deſumta, æque minus ac Exceptio de jure tertii, præſertim in Cauſa Cambiali executiva, attentione digna eſt. 16
581. Reſtitutio J. J. intra metas Quadriennii a tempore publicatæ Sententiæ computandi extendi nequit, niſi probatum ſit, omnem poſſibilem in perquirendis novis, intra quadriennium adhibitam fuiſſe diligentiam. 17
582. Vocabulum LINEÆ interdum Gentem, ſeu idem ac vocabulum germanicum Stamm denotat. 18
583. De Differentia inter ſpem debitum iri, & ſpem debitum exigi poſſe. 19
584. Si dubium, an cauſa Mandati S. C. occurrens, inter ſubditum & Dominum verſetur, periculum tamen in mora eſt, literæ informatoriales cum inhibitione temporali quidem decernendæ, ſed nonniſi ſub Clauſula, jedoch eines jeden Gerechtſamen ohnnachtheilig. 20
585. Si in cauſa de exercitio pactitio Juris Patronatus, quod plures jure feudi tenent quæſtio, Cauſa minime feudalis, ſed civilis eſt. 21
586. Cauſa ſimplicis ſpolii ad Mandatum S. C. qualificari nequit, eum ad effectum ut Auſtregæ excludantur. 22
587. In Cauſis coram Cameræ Imperialis pendentibus, ab ea decerni quoque poſſunt Protectoria ſpecialia, æque ac conſervatoria. 24
588. Quousque ſeſe extendat jus quod dicitur Hofwiede oder Hofweide. 26
589. Quatenus promiſſio facta de non mutando hærede obliget? 27
590. Ob comminatas repignorationes locum habent Mandata S. C. ſi annum repreſſalias, in Cauſa quo juſtitia non denegata, exercendi, produnt. 28
591. Quatenus in Exceptione criminoſa quis non teneatur edere Inſtrumenta ad eam fundandam? 28
592. Juramentum Zenonianum a judice deferri poteſt, imo debet; Actori quantumvis non petenti, taxando Jurisjurandi quantitatem. 30


 593. Re-

Landesbibliothek Oldenburg

*Obſ.* *Pag.*

593. Reſtitutionis J. J. adverſus culpam Procuratoris non currantis, ut proceſſus Appellationis intra fatalia rite inſinuentur, ex officio factæ, Exemplum recentius. 31

594. Genuina notiò Gravaminis Continui. 32

595. An Lex hac Edictali C. DE SECUND. NUPT. in iis locis ceſſet, in quibus communio bonorum obtinet, vel conjuges certam portionem ſtatutariam lucrantur. 33

596. Exceptio Ego ſum Succeſſor ex Pacto & providentia Majorum, ad Debita anteceſſoris ſolvenda non obligatus, niſi evidens neceſſitas vel verſio in rem probata, in Proceſſu executivo Mandati locum non habet. 34

597. Advocati & Procuratores extranei Clientes ſuos in Cauſis in Camera pendentibus vel deciſis puncto deſerviti in Judiciis inferioribus convenire nequeunt. 36

598. Si impetrans Mandatum de exequendo inops eſt, Impetratus ſumptus executionis præņumerare tenetur. 36

599. De reſtitutione Fœminarum contra lapſum fatalium brevi manu. 37

600. Terminus Mandatis inſeri ſolitus ad docendum de paritione interdum reſtringendus eſt. 37

601. Commiſſarii ſumtuum Commiſſionis gratia inſtrui poſſunt, ut bona ſubditorum mutui contrahendi cauſa, oppignorent. 37

602. Si partes ſunt præſentes, & Cauſæ parvi momenti, etiam in Camera amicabilis compoſitio tentari ſolet. 38

603. Arreſtum impetratum in pretio, quod Emtor Venditori ſolvere debet, ſeſe quoque extendit ad reliqua Venditoris bona, etiam poſt mortem relicta in eventum quo Emtor pretium illud poſſidere deſiit. 38

604. An ſimultanea Inveſtitura extra Saxoniam gradualem an vero Linealem ſucceſſionem involvat. 39

605. Quodſi in Camera Imperiali Debitum ad Liquidum perductam, medio vero tempore a Judicio Imp. Aul. Commiſſio conſtituta, quæ dicitur Debit Commiſſio, Creditor ad eandem ratione executionis remittendus eſt, etſi jam Mandatum de exequendo ad Directores Circulorum decretum fuiſſet. 42

606. Si qua Cauſa ex Actis diverſo tempore ac Proceſſu coram ſuprema Camera Imperiali inter easdem Partes ventilatis, certo tamen modo connexis eademque fere litis objecta concernentibus, decidenda venit, & forte nonnullæ decidendi Rationes deſumendæ ſunt ex iis Actis, in quibus multis Annis nihil actum, adeo ut eo tempore, quo deciſio ex aliis ab utraque parte continuatis Actis facienda fuiſſet, ex neutra parte procurator ſufficienter legitimatus apud prædicta Acta exiſtat.
Tunc partes a judice prius admonendæ ſunt, quod etiam ex illis Actis quamvis hactenus non continuatis Cauſæ præſentis deciſio fieri debeat. 43

607. Si Cambium Clauſula inſerta Valuta in Rechnung, illud paratam executionem non habet. 44

608. De Appellatione a Proviſorio & in ſummariiſſimo licita & illicita. 46

609. Si litigium circa rationes reddendas (bey geführten jährlichen Rechnungen über gewiſſe Renten, als auch Berechnung des gehabten jährlichen Genuſſes) oritur, tunc præſcribit Judex principia calculandi & examinandi rationes, atque denominat Commiſſarium, ut in ejus nec non partium & Artis calculandi periti præſentia, omnia ſecundum dicta principia examinentur, ac calculentur, ſicque finaliter (bey dem endlichen Abſchluß) conſtet, quis & quid unus vel alter alteri debeat? 56

610. Ubi

Landesbibliothek Oldenburg

610. Ubi non ſolum agitur de definiendis ac determinandis Scabinorum. Leodienſium & Juſtitiarum ſubalternarum provinciæ Leodienſis juris dicendi poteſtatis metis, verum etiam de graviſſimo per dictos ſcabinos contra Leges & Statuta fundamentalia ſuper Jurisdictionibus conſtituta, lato judicio, petiti proceſſus Appellationis decernibiles cenſendi ſunt. 64
611. Deſertoria a qua ad Judicia ſuprema appellatum, operatur non devolutoriam, ſi deſertio in appellatorio aperta deprehenditur. 65
612. De Donationibus quæ interdum Transactionibus ſubſunt. 68
613. Dos ex feudo non debetur, ſi allodium ſufficiens relictum, etſi fœmina, in poſſeſſione vel quaſi eam e bonis percipiendi fuiſſet. 69
614. Reviſio admitti nequit, quæ interpoſita ab Examine teſtis, ob ſenium admiſſo. 70
615. An Verba Recommendiren, Bitten, in Jure Nominationis, & precibus primariis, in ſenſu vulgari vel juris Canonici, pro ſubſtrata materia accipienda ſint, inferantque neceſſitatem. 71
616. Si emanata ordinatione pro Gravaminibus tollendis, Judex a quo eadem tollere renuit, exhibendo mediantibus literis informatorialibus remonſtrationem, Proceſſus Appellationis ad Supplicam Appellationis pro ulteriori ordinatione ad ſatisfaciendum priori, vel in eventum nunc pure decernendis proceſſibus, vel decernendi, vel ſi cauſa connexa jam in Judicio pendet, Supplica ad hanc cauſam inter easdem ad judicium remitti poteſt, danda remiſſorium ad literas informatorias Judicis, Supplicamque partis Appellatæ, ſi quam forſan ſimul exhibuiſſet. 76
617. Leges pendente lite latæ, ſententiæ publicatæ ad effectum impediendi executionem, opponi nequeunt. 76
618. Ademtio Legati ſupponit in Teſtatore motivum poſterius, priori, ex quo Legatum relictum, contrarium. 77
619. A Sententia proviſionali Leodienſi propter abuſum Privilegii valet ad ſuprema Imperii Tribunalia appellatio. 85
620. An Subditus communis a Condomino, quem læſit, ſine præjudicio Jurium condominialium incarcerari poſſit? 86
621. Repreſſaliæ quoties copia Judicis eſt, nunquam licent. 89
622. Immiſſio Creditoris in bona debitoris fieri poteſt, modo Debitum ratione quanti quoad minus certum, etſi quoad plus incertum ſit. 91
623. Qui in quaſi poſſeſſione Nomotheſiæ, Jurisdictionis, Emolumentorum Fiſci, Sequelæ ac Tributorum eſt, ille etiam homagium a Subditis exigere poteſt, etſi illud nunquam præſtiterint. 93
624. An Lex va. C. Quando Imp. inter pup. & Vid. etiam ad Conſortes Litis ſeſe extendat. 94
625. Proceſſus Appellationis interdum inter eadem Cauſa partim denegantur, partim concedantur & quidem minus plene. 95
626. Exemplum Pagi Imperii in Principatu Leodienſi. Pagus iſte Tignetenſis eſt prope Leodium. 96
627. Caſus Mortificationis Zwietantiæ apud Acta. 96
628. Simplex dimiſſio Officialis tam ignominioſa eſt, quam formalis caſſatio. 97
629. Pœnæ Fiſcales a Camera remitti, vel mitigari nequeunt niſi ex capite Juſtitiæ. 100
630. Lex Anaſtaſiana ceſſat, ſi cedens de exitu Cauſæ ob tergiverſationes Adverſarii diffidens Actionem ſuam alii cedit. 101
631. Quænam pro aſſerenda Superioritate Territoriali, vel Jure Territorii competat Actio? 102



Landesbibliothek Oldenburg

Obſ. Pag.
632. Rei publicæ intereſt, ne diſcordia in Condominos Jurisdictionis gliſcant, iisdemque adeo a Judice ex officio obexponendus eſt. 104
633. Facti Speciei a Cenſore Relationis pro ſtatu in Camera Imperiali, cæteris Senatus Aſſeſſoribus ante Examen ſpeciale diſtribuendæ, juvat addere Quæſtiones, in quibus cardo deciſionis verſatur. 105
634. Nullum eſt Jus retentionis ſine detentione. 108
635. De modo a Domino obſervando, in aſſignandis ſubditis lignis neceſſariis, nec non de cultura ac conſervatione ſylvarum, ut & de æqualitate inter omnes ſervanda. 110
636. Si Judex appellatione rite interpoſita & inſinuata ulterius progreditur, opus non eſt, ut Appellatio introducatur, ſed pro Mandato S. C. querelam nullitatis eligendo ſupplicari poteſt. 111
637. Semel decimatus amplius decimari nequit, niſi ex Pacto. 112
638. Quando in Cauſis Appellationum absque Actis prioribus pronunciare liceat? 113
639. Reviſio contra Sententiam inhæſivam locum non habet, niſi plus contineat, quam præcedentes. 114
640. Actiones pœnales, quæ mere ad pœnam pecuniariam tendunt hodie, ſtatim poſt litem conteſtatam, nec demum poſt Sententiam, in hæredes tranſeunt. 114
641. An ratione Jurisdictionis Eccleſiaſticæ ad annum decretorium ſit reſpiciendum. 115
642. Hodienum recognitio &, diffeſſio Documentorum in Camera Imp. coram Deputato peragenda. 120
643. Curſus uſurarum non ſiſtitur Depoſito alieno. 120
644. Poſſeſſorio Judicio duntaxat inſtituto & proteſtatione Actoris addita, ſeſe non velle ad merita petitorii & allegatam poſſeſſionem juſtiorem vel antiquiorem reſpondere; Judex ſuper petitorio vel juſtiori ac antiquiori poſſeſſione pronunciare nequit, etiamſi ex probationibus juſta petitorii Cauſa appareat. 123
645. Reſtitutio J. J. a Minoribus contra Sententias latas petita, rejici poteſt, ſi læſionem nonniſi ex ipſa Sententia contra quam derivant. 126
646. An Atteſtatum ſub fide Nobili, bey Adelicher Ehr, Treu und Glauben expeditum, ad probandam propinquitatem cum defuncto admittendum ſit? 127
647. In reſtitutorio Teſtes quoque noviter reperti admittendi ſunt. 128
648. Examen teſtium in perpetuam rei memoriam admitti poteſt, etſi de relevantia Articulorum evidenter non conſtet, ſed deſuper adhuc agendum ſit. 130
649. Quodſi Venditor poſt diem Legis Commiſſoriæ partem pretii accipit, arrham quidem retinere nequit, res tamen manet inemta. 130
650. An victo Venditore in Judicio ſuper objecto principali nempe proprietate rei, & ipſe Emtor teneatur, vel neceſſe ſit, hunc victo Venditore de novo conveniri. 132
651. Propter ſolam agnitionem debiti, ad ſolvendum debitor condemnari nequit, ſi de ſimulatione conſtat, vel ex poſt patefit, verum non adeſſe debitum. 133
652. Hæres Creditoris contra Exceptionem non numeratæ pecuniæ in caſu concurrentis Exceptionis doli mali omnino tutus non eſt ſi ſuſpicionibus premitur, quod notitiam numerationis non factæ habeat. 134
653. Prorogatio ad reproducendum petita deneganda eſt, ſi Proceſſus ſub & obreptitio impetratos eſſe, citra omne dubium extrajudicialiter conſtat. 144
654. De modo quo in Camera Imperiali Privilegia de non appellando inſinuata, pro inſinuatis acceptantur. 145
655. De Villicis, qui dicuntur Edle Erb-Meyer, & præferenda probatione directa, atque expreſſa in Colliſione cum præſumptione, eaque ſat vaga. 146

656. An

Landesbibliothek Oldenburg

Obſ. Pag.

656. An Exceptio Excuſſionis etiam in hypotheca ſpeciali locum habeat? 166
657. Ubi Actioni expilatæ hæreditatis, & rerum amotarum locus non eſt; Actio ſeu remedium ſpolii tamen locum adhuc habere poteſt. 167
658. Uſus hodierni Actionis ſubſidiariæ contra Magiſtratus exemplum, quod in Camera Imp. occurrit. 168
659. Si Jurisdictio Judicum inferiorum litigioſa, actus vero Jurisdictioni exercendus eſt, Judex Superior officium ſuum ita interponere debet, ne ullum juri vel poſſeſſioni utriusque partis, præjudicium inferatur. 169
660. De Camera Imperiali in Cauſis Suſtentationis ſuæ Judice 169
661. Nobilitas Equeſtris immediata autoritate propria jus ſuum collectandi tueri poteſt. 171
662. Supremis Imperii Tribunalibus Jurisdictio Criminalis competit, ſi Crimina in Cauſis in ipſis pendentibus commiſſa. 172
663. An & quatenus Cambia ab ipſo ſcriptore ſolvenda, ſolutione debito tempore haud præſtita, indigeant proteſtatione? 174
664. Citatio Edictalis Creditorum cujusdam immediati e Supremis Imperii Trib. emanata, nec immiſſionem ante factam tollit, nec propter illam Creditor judicialiter aut ex Pacto hypothecam poſſidens, eam dimittere tenetur. 176
665. Hæres hæredis Debitoris ad ſolutionem debiti tenetur, etſi ejus quantitas pretium hypothecæ excedat, niſi Exceptionem plurium hæredum, aut legis & inventarii probare poſſit. 177
666. Interdum in Camera quoad Gravamen unum Ordinatio, quoad alterum proceſſus App. decerni poſſunt. 178
667. Reviſiones vexæ cauſa tantum interpoſitæ denegandæ ſunt. 178
668. Debitum ex una cauſa poteſt converti in aliam, absque ſuſpicione doli. 179
669. Caſus Commiſſionis ad tentandam amicabilem in Aſſeſſores Cameræ decretæ. 180
670 Agnato non permiſſum, bona contra Legem primæ diſpoſitionis alienata, iterum propria autoritate apprehendere. 181
671. An per verba, daß wider Debitoris bereiteſtes Vermögen durch die ſtärkeſte Execution mit oder ohne Recht ſogleich geholfen werden ſolle, hypotheca conſtituatur? 181
672. Is, qui in poſſeſſorio ſummariiſſimo triumphat, ad cautionem tenetur de tantum reſtituendo cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, ſi legitima retractatione ſententia in ordinario & petitorio reſolvatur. 182
673. An Privilegium Ferdinandeum viginti Duumvirorum Leodienſium in Camera Imperiali in pronunciando obſervandum ſit? 184
674. Appellatio à Reviſorio Paderbornenſi in Camera Imperiali pro non devoluta habenda non eſt. 185
675. Exceptio Deſertionis ex capite inſinuationis Proceſſuum Apg. ſingulis litis conſortibus non factæ, quando non attendenda? 185
676. Sententia a Condomino non conſentiente altero lata, nullius eſt effectus. 186
677. Bonæ fidei poſſeſſor præſcriptione immemoriali munitus ad editionem tituli, vel talium Documentorum non tenetur. 188
678. Qui alteri ad rationes reddendas tenetur, illi quoque ad præſtationem relinquorum obligatus eſt, ſique alii eadem præſtet, id ſuo facit periculo. 189
679. Teſtes etſi ſenes, ad teſtimonium perhibendum cogi poſſunt. 190
680. Si Sententia a qua in poſſeſſorio ordinario lata, gravamen autem in eodem non relevat, ſed tantum petitorium concernit; Proceſſus Appellationis denegandi ſunt. 191


681. Sup-

Landesbibliothek Oldenburg

Obſ. Pag.

681. Supplica pro documento denegatorum Proceſſuum haud abs re in Camera admittitur: conſultius vero à Judice à quo nulla exhibetur. 192

682. De Effectibus Juris Dominii ficti per emtionem venditionem absque reſignatione judiciali celebratam acquiſiti, præſertim quoad alienationem bonorum Eccleſiaſticarum. 193

683. Etſi in Cauſa alimentorum pendente lite decernendorum informatio exacta & exhibita ad judicium remittenda ſit, interim tamen ne pauper egeat, proviſorie alimenta decernenda ſunt. Et quidem dimidium redituum objecti litis adjudicari poteſt. 199

684. Si pro citatione ad videndum deduci nullitates inſanabiles ſupplicatur, non tantum vel ſuſpenditur, vel denegatur petitum, vel alia fertur ordinatio, vel decernitur petita citatio, ſed interdum certo reſpectu ſimul decernitur & denegatur. 201

685. In Caſu quo appellans poſſidet, præſcindenda eſt potius anſa ad vociferandum, Juſtitiam à ſummis Imperii Tribunalibus tanquam aſylis fuiſſe denegatam, quam dictam ob circumſtantiam Proceſſus denegandi. 202

686. Si pendente lite in Camera, velut Proceſſu Citationis ad videndum annullari &c. pro Mandato v. gr. de non turbando in poſſeſſione juris vel quaſi lignandi S. C. ſupplicatur, hoc vero Mandatum idem objectum cum Proceſſu inter eosdem, in verſo tantum rubro concernat; licet remiſſio ad Judicium fieri debeat, ſi tamen ſupplicans in poſſeſſione eſt, adeoque de ſpolio & innovatione conſtat, parti ipſius adverſæ ſub pœna injungendum, ut omnia in ſtatu quo, ſicut ante motam litem fuere, usque ad deciſionem cauſæ relinquat. 202

687. Sententiæ in inſtantia appellationis non ſemper confirmantur, vel reformantur vel confirmantur partim, partim reformantur, ſed interdum confirmantur, cum declaratione, ne opus ſit, ut unius tantum puncti cauſa reformantur. 203

688. Si in Inſtantia Appellationis confirmatorie pronunciatur, Judici inferiori ſimul præſcribi poteſt, quo modo ulterius in Cauſa procedat, eove non obſervato, ulterior Recurſus ad Judicium ſuperius patet. 204

689. De antiquo & recentiori Ducatus Bipontini Hodierni Statu, nec non Abbatiæ Hornbacenſis Origine & habitu usque ad ſeculariſationis ejusdem tempora, ut & Dynaſtiæ Monachovillanæ Originibus, qualitate, ejusque cum prædicta Abbatia nexu; ac de Raugraviis antiquis dictæ Dynaſtiæ Condominis, eorumque nomine, & poſſeſſionibus. 205

690. Deciſo petitorio, non datur recurſus ad poſſeſſorium. 229

691. Nulla admittuntur Reſcripta principum quoad vires & reſpectum rei judicatæ, quæ ex Cabinetto promanant. 230

692. Si poſtemanatum Mandatum de exequendo Executores illud ad realem effectum deducere cunctantur, interdum præſtat remedium excitatorium adhibere. 231

693. Si Curatores ratione minorennium in lite fuerunt, hi vero majorennitatem adepti, Procurator horum nomine noviter ſeſe legitimare debet. 232

694. De Proceſſibus in contumaciam non informantis decernendis. 233

695. Documenta in originali producendo, non ſolum ſi reus, ſed & judex id deſideraverit. 234

696. Si reus citatus Exceptiones non producit, per Receſſus vero in primo Termino officio ſuo ſatisfeciſſe putat, in contumaciam contra ipſum procedi nequit, ſed Actor ad iſtos Receſſus reſpondeat, pronunciandum. 235

697. Dantur

Landesbibliothek Oldenburg

| *Obſ.* | | *Pag.* |
|---|---|---|
| 697. | Dantur Puncta incidentia Proceſſus, quæ ſalvo curſu ejusdem, velut Proceſſus ſuperioris Inſtantiæ tractantur, ac propterea ſæpe ad Inſtantiam inferiorem remittuntur. | 235 |
| 698. | De Quæſtionibus in generali Examine perſonis Cameralibus proponendis. | 236 |
| 689 | Haud ſine cautelis in Camera Imp. ex Burſa pauperum pecunia mutus dari ſolet. | 236 |
| 700. | De differentia quoad formulam decernendi judicialiter. | 236 |
| 701. | Exonerationes procuratorum difficulter admittendæ ſunt, ſi Perſonis miſerabilibus conſtituti ſunt, & propter eosdem in contumaciam pronunciandum eſſet. | 237 |
| 702. | Juſtæ in Camera Referentem recuſandi cauſæ non ſunt, quæ Relationem ipſius, ſeu merita Cauſæ concernunt. | 237 |
| 703. | Quid exhibita Supplica pro Mandato Attentatorum revocatorio potiſſimum conſiderandum ſit? | 238 |
| 704. | Referens perfectam rationem ad diſpoſitionem continens, etiam ſine relato probat. | 238 |
| 705. | Si ad reſtitutionem Prædii cum fructibus quis condemnatur, ſalva tamen liquidatione ratione fructuum & meliorationem, laxior terminus ad poſterius, quam ad prius præfigi poteſt. | 238 |
| 706. | Quodſi utraque pars ab eadem Sententia definitiva appellavit, & una Proceſſus impetravit, altera eosdem impetrare nequit, niſi ſub Clauſula, ut hæc Cauſa ad alteram regiſtretur. | 239 |
| 707. | Loco Literarum informatorialium decerni quoque poteſt, ut informatio per Procuratorem extrajudicialiter fiat. | 240 |
| 708. | Executione Sententiarum fere ad finem perducta, fruſtra petitur Reſtitutio JJ. | 240 |
| 709. | Interdum Sententia a qua etiam in favorem partis appellatæ reformatur. | 241 |
| 710. | Uſuræ ſemiſſales permiſſæ ſunt, ſi ſunt compenſatoriæ, eoque minus reductio earum ad quicunces valet, ſi ſolutæ ſunt. | 242 |
| 711. | Citatione ad videndum ſe manuteneri decreta, decreto quoque ſtatus poſſeſſionis eventualiter regulativo locus eſt, maxime ad petita partium. | 244 |
| 712. | Cautione reviſoria exhibita Terminus legalis ad producenda permiſſa Scripta, abbreviari poteſt. | 245 |
| 713. | Proceſſus Appellationis petiti coutra Sententiam Exceptionis litis alibi pendentis rejectoriam, decernibiles ſunt. | 246 |
| 714. | Inventarium a Perſona publica ad inventariſandum juramento adſtricta, confectum, plenam fidem habet, nec reprobationem admittit, niſi quæ incontinenti fieri poteſt, ſi ſub ejus obtutu protrahi poſſet negotium, velut liquidationis, ſine mora peragendum. | 246 |
| 715. | Advocatus Cauſæ ſeu aſſiſtens, Notarii Examini teſtium adjungendi vice fungi nequit. | 247 |
| 716. | Commiſſarius nonniſi imploratus commiſſorium ſuum cum partibus communicare tenetur. | 248 |
| 617. | Formula beym Wort der ewigen Wahrheit, promiſſionibus annexa, vim Juramenti habet, quando pro forma actus juramentum ſolenne non requiritur. | 249 |
| 718 | De differentia inter Paritoriam ſimplicem & in contumaciam. | 250 |
| 719. | Quatenus puncto ſufficientiæ cautionis reviſoriæ nondum deciſo executio Sententiæ Reviſione ſalva, decerni poſſit? | 251 |
| 720. | Transmiſſio Actorum ſemel decreta, iterum vero denegata, Appellationi locum facit. | 252 |
| 721. | Appellans ab Appellatione receſſiſſe non videtur, ſi pendente Appellatione coram Judice à quo comparet ex neceſſitate, velut pro intereſſe Minorennium. | 253 |

Obſ. Pag.

722. Etſi Commiſſio ad recognoſcendum vel diffitendum Documenta in Camera Imp. conſtituta ſit, interdum tamen fieri poteſt, ut diſcuſſio punctorum diffeſſorum adhuc extraneo judicio committenda ſit, ſine tamen retardatione punctorum liquidorum. 254
723. Actio familiæ herciſcundæ datur quoque ad reſarcienda damna à ſubadminiſtratore cohæredis data. 254
724. Conſultius eſt, Mandatum S. C. auf die vier Fälle, quam auf die Conſtitution de Arreſtis petere & decernere. 255
725. Judicatum cum rebus tertiis, & Inſtantia cum Inſtantia confundi non debent. 257
726. Jurisdictio ſupremorum Imp. Tribb. ab Appellato prorogari nequit, niſi in punctis, ſuper quibus in Judicio inferiori nondum cognitio cœpta. 258
727. Antequam ad juramentum in litem quis admittatur, requiritur, ut omnia produxerit, quæ rebus interceptis probandis, earumque vero pretio determinando inſervire poſſunt, ex iis productis autem de vero pretio non conſtet. 259
728. Si Cauſa appellationis deſerta vel non devoluta, an Judex Appellationis in Cauſa Principali & ſuper expenſis pronunciare poſſit? 260
729. Caſus noviſſimus Curatelæ inter Illuſtres imprimis Principes in Camera Imperiali confirmatæ. 261
730. In Camera Imperiali Votum Aſſeſſoris ante formatum Concluſum mortui, in computum venire nequit, ſed pro non exiſtente habendum. 265
731. An Reſtitutio J. J. ex capite originalis Documenti, cujus citior productio Imploranti neceſſaria non viſa, peti & impetrari poſſit? 266
732. An in Cauſis Francofurtenſibus ſic dictis Inſatz-Sachen alia Exceptio quam ſolutionis eaque in continenti liquida, admitti poſſit? 270
733. An, ſi Creditor, qui cum Concreditore plures fidejuſſores in ſolidum obligatos habet, facta inter illos diviſione, cum uno Pactum de petendo iniit, hoc etiam confidejuſſori proſit? 271
734. Licet Judex à quo Cauſam pro non devoluta habeat, partem tamen ad renunciandum Appellationi interpoſitæ compellere nequit. Renunciationes vero Appellationis particulares & privatorum liberæ pro validis reputandæ ſunt. 274
735. De idoneitate Cautionis Reviſoriæ, in cautione omnium bonorum conſiſtentis, etſi feuda & bona fideicommiſſo affecta ſint, admixta. 277
736 Fruſtra petitur ab hærede Citatio Edictalis contra quoscunque prætendentes, ſi Legatum relictum indefinite der Prediger Wittwen-Caſſen. 279
737. Quando Referens extrajudicialis in Camera poſſit eſſe judicialis. 280
738. Quando inſtituto remedio ex l. f. C. de Ed. D. Hadr. toll. Appellationi locus ſit? 280
739. De Collectis partim nomine 10mi, partim 20mi Denarii, partim ſub nomine ſubſidii charitativi à Perſonis Corporibusque Eccleſiaſticis Dominis Territorialibus, etiam ſine Indultu Pontificis, olim præſtitis. 283
740 Ceſſante cauſa impulſiva Penſionis annuæ viduæ promiſſæ, nondum ceſſat obligatio ad promiſſum ſervandum. 292
741. An in Feudis Sereniſſimorum Ducum Saxoniæ, quæ ſita ſunt extra Terras Saxonicas, manus conjunctæ Saxonum conſuetudo vigeat. 293
742. Ad damnum datum reſarciendum condemnatus, illud reſarcire non tenetur, quod non immediate ex facto ipſius, ſed cauſa mere extrinſeca & occaſionali provenit. 311
743. An connexitas propter diverſitatem ſubjectionis perſonalis reorum, ſeſe etiam ad litis conſortes extendat, etſi forum privilegiatum habeant. 313
744. Si vidua Dotalitium acceptat, Dotem illatam ſimul repetere, ejusque intuitu jus prælationis ſibi afferere nequit. 319



Landesbibliothek Oldenburg

Obſ. Pag.
745. Ratione Morgengabæ, uxori jus prælationis non competere, ſententia in Camera Imperiali recepta eſt. 316
746. Annotatio in Calendario, quo hodie communiter utimur facta, Juramento ſuppletorio locum facit, aliis probationibus, adminiculantibus. 317
747. Plenior Notitia Judicii viginti duorum Leodii. 318
748. Poſt præſtitum juramentum in litem in cauſa ſpolii non admittenda eſt præſtatio contrarii. 321
749. In Cauſis gravioribus & prolixioribus Referens cum convotantibus communicare debet Puncta principalia, ad quæ votum ipſius directum. 322
750. Ordinatio provincialis poſterior jus ex obligatione & hypotheca anteriore judicialiter confirmata quæſitum tollere nequit. 323
751. Mortuo Aſſeſſore vel procuratore & impuberes ſeu minorennes relinquente, quid horum gratia ratione adminiſtrationis Tutelæ, ab initio ſtatim fieri debeat? 324
752. Suprema Imperii Tribunalia non obſtante Recurſu ad Comitia jure meritoque ulterius ad executionem progrediuntur. 324
753. Etſi in tempore longiſſimo, immo immemorali bona fides præſumatur, probatio tamen contrarii, & præſumptio fortior malæ fidei admittenda eſt. 326
754. Notarius, ſi eſt Mandatarius Proceſſus, Appellationem recipere non poteſt: ſecus, ſi tantum ad audiendum publicari ſententiam miſſus in continenti, viva voce & ſtante pede appellavit, ac dein Inſtrumentum Appellationis ex ſuperfluo confecit 334
755. Si Summa reconventionis eſt Summa Gravaminis, Cauſa appellabilis non eſt, niſi illa ſit appellabilis, etſi Summa in Judicium deducta appellabilis ſit. 335
756. Poſt emanatum Mandatum de exequendo nihilominus interdum inhibitio temporalis decernitur. 335
757. Privilegium, vi cujus Uſuræ rei judicatæ ultra alterum tantum currant, ceſſat, ſi condemnatus ad ſolvendum, ſolvere impoſito Arreſto impeditus. 336
758. Exiſtentibus paribus, in Caſibus mulctarum, uſurarum & ſimilibus, absque adjunctione facienda, vota illa, quæ id, quod minus eſt, definiunt, in Camera Imperiali vincere ſolent. 337
759. Caſus Commiſſionis Cæſareæ Auſtregalis in via Appellationis ad Cameram Imperialem devolutus, ibique deciſus 337
760. Sententia Cameralis Materiam de Rationibus reddendis earumque reviſione valde illuſtrans, inſimulque ſpectans ad Opuſc. XIV. T. IV. Opuſc. m. & Commentatiunculam XII. P. XXI. Horar. ſubſeciv. 347
761. Abſolutio a Citatione in Camera Imp. abſolutionem ab Actione non involvit, ſi iſtiusmodi abſolutionem petens, ipſemet Actionem competere tacite ſaltem concedit. 354
762. Si hyppothecæ in feudo cum conſenſu Domini conſtituta, hic excuſſo debitore, vel ſi Actio contra ipſum inanis, Actione hypothecaria à Creditore conveniri poteſt, etſi Feudum pro caduco declaratum, isque a citatione abſolutus eſſet. 356
763. Si pœna plus petitionis ceſſat, vel debitor ipſe deſiſtit, paratus ad ſolvendum, quantum debet, expenſæ tamen compenſandæ ſunt. 358
764. An princeps Imperii, in cujus foris Idioma Germanicum in uſu non eſt, conventus in ſupremis Imperiis Tribunalibus, petere poſſit, ut Acta Idiomate Latino ventilentur. 358
765. De differentia inter Documentum deſertæ & non introductæ Appellationis. 359
766. Clauſula cum omni Cauſa v. gr. Mandatis Cameralibus inſerta, ad uſuras fructuum produci nequit. 360

767. Sub

Landesbibliothek Oldenburg

*Obſ* *Pag.*
767. Sub larva Declarationis, ſæpius mutatio & correctio ſententiæ petitur. 361
768. Si curia Feudalis vaſallos inter ſe, ſeu de eodem feudo contendentes vocaverit, eorum alicui ejus Curiæ Judicium declinare licet, ob continentiam poſſeſſorii cum petitorio alibi deciſo. 363
769. In Proceſſu Mandati etiam S. C. non ſemper paritorie, ſed & condemnatorie, pro exigentia rei pronunciari poteſt. 366
770. De differentia inter læſionem ultra dimidium & læſionem ex Pacto diviſorio, juxta l. 3. C. commun. utriusque Jud. 366
771. De Succeſſione Agnatorum, etſi remotiorum, præ fœminis proximioribus, in Bonis Stemmaticis, Exemplum memorabile recens, quod in Camera Imperiali occurrit. 369
772. Quando agitur de probanda quaſi poſſeſſione Juris Bannarii, ſufficit, quod teſtes de jure Bannario e. gr. der Bannback-Gerechtigkeit, depoſuerint, etſi interrogati non fuerint, an intelligant, quid iſtud vocabulum ſignificet. 374
773. Interdum in Camera Proceſſus Appellationis ita decernuntur, ut eorum expeditio, donec conditio Decreti adimpleta fuerit, ſuſpendatur. 377
774. Quodſi Magiſtratus negligens fuit, ſucceſſores ſegnium iu officio ſenatorum & Ærarium Civitatis publicum ad facta ommiſſionis negligentis Magiſtratus præſtanda non tenentur. 377
775. Non datur Reſtitutio Minori contra omiſſam appellationem & rem judicatam, ſi ad proſecutionem pœnæ tendit. 379
776. Chriſtiano cum Judæo ſocietatem, & quidem ſine expreſſo Principis conſenſu, inire licet. 380
777. Ob ſolam latam culpam Tutoris hæredes ejus convenire poſſunt, niſi lis cum defuncto conteſtata ſit 403
778. Perſona immediata Cameræ Imperiali præter depoſitionem Teſtamenti ſui, etiam Executionem ejusdem concedere poteſt. 413
779. De imaginario abuſu Ordinationum Cameræ Imperialis. 416
780. In Cauſa Spolii reciproci quilibet poſſeſſor pro rata temporis Creditoribus ad intereſſe ex fructibus ſolvendum, tenetur. 426
781. Succincta, ſed genuina Indoles Obſervantiæ Imperialis. 426
782. Succincta, ſed genuina Indoles Obſervantiæ Eccleſiaſticæ. 430
783. Formulæ Sententiarum frequentiſſime in Camera Imperiali occurrentium. 433

Landesbibliothek Oldenburg